

primum editos, compositi. Noster enim hic Autor utitur supputatione temporis secundum annos Regni Francorum, & Annales illos perducit usque ad annum quartum Imperatoris Ludovici Pi, five annum Christi DCCCXVII. Pithœanus autem ille utitur supputatione temporis secundum annos ab Incarnatione Domini, nec tantum contextui priorum Annalium multa de suo passim inserit, verum etiam eosdem continuat usque ad annum DCCC-LXXXVII. utpote ubi supra laudatus Codex Cæfareus definit. Operæ pretium igitur mactaturum arbitror, si illos quoque Francorum Annales, qui respectu Auctoris sui non solum (21) Fuldenses, verum etiam Laureshamenses cognominandi sunt, integras hinc publicavero, quoniam nec nimis prolixii sunt, nec quod sciam antehac editi.

I. (22) Pippinus (23) Dux Francorum, filius (24) Anfichi, post mortem (24) Wolfohaldi Ducis partem (25) Austriae regebat, obtinuitque Regnum Francorum per annos XXVII. cum Regibus (26) sibi subiectis (27) Hluduvvigo, Hildegbert, & Dagaberto; moritur anno secundo Anastasi Imperatoris, qui est ab Incarnatione Domini annus DCCXIV. Hujus Pippini ex (28) Alpheida filius.

I. (29) Karolus regnavit annos XXVII. Hic auxilio Dei de custodia, qua detenebatur, à (30) Pliethrude, (31) matrona relieta Pippini, liberatur, qui primo certamine adversus Ratbodus Regem (32) Fesonum congrederetur; in quo dūi fortiter dimicat, plurimum exercitus sui damnum consequtitur.

II. (33) Reginfridus Majordomus, & (34) Hilphricus Rex Coloniam cum exercitu adeunt, regiones illas, quæ contiguae Eheno vastantes, acceptisque munieribus a Pliethrude redeunt. (35) atque inde (36) abeuntes Karlus cum exercitu occurrit in loco, qui dicitur Ambava.

III. (37) Sequenti anno (38) Reginfridus,

cos Latinos centesimi sexagesimi tertii, de quo jam egi, emendari potest & corrigi. Illud quoque monco, narrationem rerum getharum ab anno DCCCLXXXVII. usque ad annum DCCCLXXXVII. in Freriana editione, aequæ ac in Pithœana, discrepare à narratione, quæ exstat in jam memorato Codice Cæfareo, ut supra videre est.

(21) Respectu inquam Auctoris; quippe qui rerum getharum Regis Pippini anno XXVI. & rerum getharum Imp. Caroli Magni anno XLI. utrumque Monasterium, nempe tam Laureshamense, quam Fuldenie, vocat Monasterium nostrum.

(22) Pippinus cognomine Craftus pater Caroli Martelli.

(23) Apud Pithœum mendose legitur Anfichi; rectius autem apud Frerum Anfichi. Fuit is filius S. Arnulfi Episcopi Metenfis.

(24) Apud Pithœum & Freher. legitur VVolfaldi.

(25) Austria pro Francia Orientali. Eodem sensu usurpatum illud nomen in antiquis Langobardorum legibus, nempe libro 1. Tit. 25. leg. 73. necon libro 2. Tit. 21. leg. 24. & Tit. 55. leg. 14.

(26) Verba hæc, sibi subiectis, desunt apud Pithœum & Frerum.

(27) Nomen hoc in hisce Annalibus promiscue scriptum legitur Hluduvvigos, Hluduvvichus, Hluduvvius, Hlodoreus.

(28) Apud Pithœum legitur Altheida; apud Frerum autem Altheida, fuit ea Pippini Crafti concubina.

(29) Apud Pith. & Freher. incipiunt hic acta anni ab Incarnatione Domini 715.

(30) Nomen hoc in hisce Annalibus promiscue scriptum legitur Pliethruds Pliethruds, & Pliethruds.

(31) Matrona pro conjugé legitima, apud Pith. &

A & Hilphricus Rex bellum Karlo parant in loco nuncupato Vinciaco die Dominico ante Pascha; in quo prælio vires Francorum considerunt. Hilphricus Rex, & Reginfridus terga vertunt, insequiturque eos Karlus usque (39) Parisius. (40) Inde vicit rediens Coloniæ petit.

IV. Receptisque à Pliethrude (41) thefauros patris sui, Regem sibi constituit Hlutharium, nomine, non potestate. Hilphricus & Reginfridus auxilium postulant Eudonis Ducis Aquitaniarum; adversus quos Karlus pergens, hostes in fugam compulit (42) mortuo Chluthario Rege.

V. (43) Karlus ad Eudonem mittit, & Hilphricum Regem per Legatos recipit (44) quo non post multum temporis mortuo, Theodoricum Regem in Sedem regni statuant.

VI. (45) Karlus Reginfridum persequitur; Andegavis Civitatem capit.

VII. (46) Karlus Saxones vastando vicit regreditur.

VIII. (47) Karlus Alamannos & Bajoarios armis subegit.

IX. (48) Per idem tempus Eudo pacis jura temerare nititur.

X. (49) Karlus transito Ligere Eudonem in fugam vertit vastata regione.

XI. (50) Eudo Sarracenos in auxilium sui adficiunt, qui venientes cum Rege suo Abdrama transeunt Garumnam, Burdigalem usque perveniunt, cuncta vastantes (51) Eccleias igne crematis; Piætavis Basilicam Sancti Hilarii incidunt.

XII. (52) Contra quos Karlus auxilio Dei fretus Sarracenorum infinitam multitudinem simul cum Rege eorum prostravit, devictisque hostibus cum triumpho regreditur.

XIII. (53) Karlus Burgundiam petens, Lugdunum & Civitates reliquas suæ ditionis subegit. (54) Beda Presbyter moritur anno DCCXXX. incarnationis Domini.

XIV.

D Freh. deest hæc vox.

(32) Apud Pithœum mendose legitur Fresorum.

(33) Apud Pith. & Freh. incipit hic A. C. 716.

(34) Hilphricus Hliphreich, dives auxili.

(35) Quæ deinceps sequuntur a voce arque usque ad vocem Amblava, ea defunct apud Pith.

& Freh.

(36) Abeuntes pro Abeuntibus.

(37) Apud Pith. & Freh. incipit hic A. C. 717.

(38) Nomen hoc in hisce Annalibus promiscue scriptum legitur Reginfridus, & Reginfridus.

(39) Parifus vox Latino-barbaro indeclinabilis.

(40) Apud Pith. & Freh. incipit hic A. C. 718.

(41) Thesfauros pro thefauris. Eadem loquendi ratio alias passim occurrit in hisce Annalibus,

ita nempe, ut participium præteritum passum regat accusativum.

(42) Apud Pith. & Freh. refertur mors Hlutharii

five Chlutarri ad A. C. 719.

E (43) Apud Pith. & Freh. incipit hic A. C. 719.

(44) Apud Pith. & Freh. incipit hic A. C. 720.

(45) A. C. 721. apud Pith. & Freher.

(46) A. C. 721. apud Pith. & Freher.

(47) A. C. 722. apud Pith. & Freher.

(48) Apud Pith. & Freher. incipit hic A. C. 723.

& quod de Eudone hic legitur id Alamannis & Noricis ibi adscribitur.

(49) A. C. 724. apud Pith. & Freher.

(50) A. C. 725. apud Pith. & Freher.

(51) Eccleias pro Eccleis, ut sapè hic alias accusativus pro ablativo usurpatur.

(52) A. C. 726. apud Pith. & Freher.

(53) A. C. 727. apud Pith. & Freher.

(54) Quæ de tempore obitus Venerabilis Bedæ referuntur, ea defunct apud Pithœum & Frerum.

Obiit autem Beda, non ut hic per-

petram traditur, anno DCCXXX. sed anno

DCCXXXV. die XXVI. Maij.